



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, 1711

§. II Secundò, quia minùs probabile non est aprobabile, immò per
aßensum minus probabilem recedit à fine.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84783](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84783)

N. 216. *Obijcies 4. ex P. Elizald. l.c. §. 4. pag. 274.* Implicat, ut quis rectè operetur, quin per aliquod iudicium applicet sibi Dei legem, quæ est prima, & universalis morum regula: sed in æquè probabilius hoc iudicium haberi non potest: ergo non licet sequi æquè probabile, & multo minus licet sequi id, quod probabilius est contra legem.

N. 317. *Nego 1. minorem:* deinde do repugnare iudicium directum circa æquè, aut minus probabile, non tamen repugnat iudicium reflexum fundatum huic principio, Nulla lex obligat nisi certò existat; sed hic, & nunc nulla lex Dei proponitur, ut certò existens; ergo nulla lex Dei hic, & nunc obligat; immo ipsa lex Dei favet tunc voluntati. Vel huic: Lex Dei certò non coarctans libertatem favet libertati; sed hic, & nunc nulla proponitur lex Dei certò restringens libertatem; ergo lex Dei favet nunc libertati; ergo positum hoc, aut illud operari. Hinc P. Teril. peracuti vir ingenij, qui totum suum opus de licito uti minus probabilis fundat in iudicio ipso reflexo de licito ejusdem usu, quod vocat certum, & vult esse immediatam, & formalem operationis regulam, ait *qu. 35. num. 24. de Reg. mor.* Fallitur Celladeus, quòd dicat non posse defendi licitum esse sequi æquè, aut minus probabile, nisi simul defendatur, quòd intellectus opinari possit æquè, aut minus probabile. Errat, inquit, quia hæc duo non sunt connexa, cum per principia reflexa formari possit conscientia, etsi per principia directa non possit: sed voluntas licitè sequitur opus conscientie per principia, sive directa, sive reflexa, ritè formata: ergo etsi non defendatur intellectum opinari posse æquè, aut minus probabile, defendi optimè potest licitum esse sequi æquè, aut minus probabilem.

§. II.

Secundò, quia minus probabile non est approbabile, immò per assensum minus probabilem recedit à fine.

S U M M A R I U M.

P. D. Thyrsus ait, quòd sola probabilior sit prudenter approbabilis; & quòd omnes Antiqui sumptimè probabile pro probabiliori, n. 318. Virumque nego, quin tollitur questio, n. 319. 320. 321. Ait quòd minor hujus nostri reflexi distaminis, Omne prudenter non verum est licitum, non sit vera, imò sit de subiecto falso, n. 322. Trahit Divum Aug. & ait, quòd voluntas eligens minus probabile sit imprudens, ibid. Tom. II.

Et quòd finis intellectus sit veritas, ut est in se, non ut in mente, n. 323.

Retorqueo: si ea minor reflexa non est vera, & certa, longè minus quælibet ejus directa ei probabilior, n. 324.

Certitudo probabilitatis est longè difficilior, quam probabilitatis, ibid.

Nostri sententia tam certa est, quam certum est nullam ab Adversarijs afferri certam legem obligantem ad probabilius, n. 325.

Etsi minus probabilis sit logicè incerta, certum tamen est, quòd eam sequens prudenter operetur, n. 326.

Prudentia non est metienda à solâ veritate logica, ibid.

Si falsum potest esse prudens, multo magis minus probabile, ibid.

Finis intellectus non est sola veritas logica, sed etiam ethica, ibid.

Ait quòd imperium voluntatis sit imprudens, & quòd implicet firmum iudicium, stante maiori oppositâ probabilitate, n. 328.

Ostendo illud iudicium esse prudens, num. 329. 330. 331.

Ejus contradictio, ibid.

Petit principium, dum assumit impossibile esse assensum, quoties pars opposita est æquè movens, ibid.

O Bijcies 5. ex P. D. Thyrso *dist. 1. à n. N. 34. ad 40.* ubi docet probabile posse dupliciter sumi, nempe ut idem sit, ac vero simile, & in hoc sensu, quia una ex contradictorijs potest esse verisimilior aliâ, una potest esse probabilior alterâ; & sicut utraque est verisimilis respectu ejusdem intellectus, ita utraque respectu ejusdem est probabilis: vel ut idem sit, ac approbabile per prudentem assensum, & in hoc sensu solum est absolute probabilis respectu mei ea pars, quæ mihi apparet verisimilior. Dixerat autem *n. 36.* ex P. Esparz. ex C. Laureæ, ex Cottonio, omnes antiquos T. T. & Philosophos sumptimè probabile pro eo, quod nunc dicitur probabilius.

Sed contra 1. quia hæc sæpe rejecta sunt, N. falsum enim est Antiquos vocasse probabile, quod nunc dicimus probabilius; tùm quia S. Thom. Scotus, & alij oppositam propriam vocant probabilem; tùm quia etsi id, quod est probabilius, dicatur ab Antiquis probabile, non ideo, quòd est minus probabile, vocatur ab illis non probabile; neque enim adeo hebetes fuerunt, ut minus probabile confuderint cum improbabili. Lege, si placet, Tractatum de Probabilitate, Authore P. Segneri Viro notæ sanctitatis, & doctrinæ, ubi §. 1. & 2. ostendit quantum devient, Ddd ij qui

qui opinionem probabilem confundunt cum laxâ, & minus probabilem cum improbabili.

N. 320. P. Esp. Contra 2. quia etsi detur cum P. Esparz. in Append. art. 102. apud DD. Latinos, & SS. P.P. *probabile sumi passivè pro approbabili, seu pro eo quod approbare, & cui adherere, sive assentiri intellectus merito potest*; etsi hoc detur,

P. Thyri. quod verum puto, quomodo P. D. Thyri. infert solum, quod est verosimilius, seu probabilius, esse approbabile? etenim dico, esse etiam à me approbabile per prudentem assensum id, quod mihi est minus verosimile.

N. 321. Contra 3. quia eo ipso quod supponatur solum probabilius esse dignum prudenti assensu, tollitur eo ipso questio classica, an liceat sequi minus probabilem; immo hoc ipsum P. D. Thyri. concedit, dum n. 37. ait:

P. Thyri. Unde cum disputatur, an liceat sequi minus probabilem, & minus tutam, relicta probabiliori, & tutiori, non debet supponi partem minus tutam manere absolute probabilem respectu operantis, sed solum supponi debet, esse absolute probabilem respectu aliorum, & ab illis fuisse approbatam; respectu autem operantis esse quidem absolute verosimilem, sed minus, quam contrariam. Hinc autem nequit inferri, quod maneat absolute probabilis respectu operantis, si probabile idem sit, ac approbabile per prudentem assensum: & paulo post ait: Quando dicimus minus probabilem esse probabilem, sumpto tò *probabilem pro approbabilem*, intelligi debet esse approbabilem ab alijs; cui videtur magis probabilis, seu verosimilior; non à me, cui videtur minus verosimilis. Hæc ferè ad verbum P. D. Thyri. Ecce dicit, quod opinio respectu mei minus probabilis non est apud me absolute probabilis, quia non meretur prudentem assensum; sed tantum est absolute probabilis illis, quibus apparet verosimilior. Sed contra; quia, ut dixi, tota questio evertitur; quomodo enim probat, quod minus probabile, seu minus mihi verosimile non mereatur meum prudentem assensum, seu non sit approbabilis à me?

N. 322. P. Thyri. Dices ex P. D. Thyri *disp. 4. §. 11. n. 71.* mirabile esse, quod Probabilistæ sibi suadeant, posse dictamen conscientie certum, & evidens fundari supra sententiam minus probabilem; ad hoc enim necessarium esset, ut sententia docens licitum sequi minus probabilem, esset non tantum probabilior opposita negante, sed omnino certa: sed ea sententia non est certa, etsi daretur esse vera; nam licet maior hujus syllogismi, *Quidquid ab aliquo prudenter judicatur non esse sibi veti-*

um, est sibi licitum, sed ego prudenter hoc, & nunc judico hoc obiectum non esse mihi à Deo verum, ergo hoc obiectum est mihi licitum, & non licitum. Et si, inquit, ea maior admitatur certa, minor tamen non est certa, sed tantum probabiliter vera, quia certum non potest esse operanti, se prudenter judicare contractum non esse verum, quando in actu primo datur maius fundamentum ad iudicandum oppositum. Subdit n. 72. *minorem non tantum non esse certam, sed esse de facto non supponentem; quia factum est intellectum posse ex imperio voluntatis assentiri prudenter minus verosimili; quia etsi physice posset, non tamen prudenter: quæ cum prudentia est affirmare contractum non esse malum, quando adest maius fundamentum affirmandi esse malum? Accedit repugnare, ut voluntas ex intentione veritatis eligat assensum circa obiectum minus verum, quomodo enim ex intentione finis erit potest electio medij præcogniti potius impedituri, quam consecuturi finem? Immo cum voluntas teneatur prospicere bono intellectus, & quantum potest avertere malum illius, non potest ex duobus actibus intellectus eligere eum, in quo probabilis est reperiri malum intellectus, nempe fallitatem, quam ejus bonum, nempe veritatem: nam ut dicitur 6. Eth. *Verum est bonum intellectus, falsum autem est malum*; & ut ait S. Aug. in Enchiridio cap. 19. *Ipse per se ipsum errat, aut magnum in re magna, aut parvum in re parva, semper est malum. Quis enim, nisi errans, malum neget approbare falsa pro veris, & habere incerta pro certis, vel certa pro incertis?* Ergo intellectus ex se tendit ad cognitionem veram, ut in suum finem: ergo voluntas imprudenter agit, dum illum determinat ad cognitionem, quam verosimilius est esse falsam, & per quam non est perventurus, immo discessurus à suo fine. Quare non potest non esse imprudens voluntas, que intellectum reluctantem à falso determinat ad periculum errandi, assentiendo parti minus verosimili.*

Nec tenet responso P. Terilli *qu. 10. de N. Consc. prob. n. 13.* dicentis, intellectum eodem bono frui, sive erret, sive non erret in iudicio probabili, & sive assentiat motivo magis, sive minus probabili; quia finis, quo hic, & nunc frui potest, non est veritas ipsa absoluta, seu conformitas cognitionis cum obiecto, ut est in se, aut veritas evidenter cognita, cum talis veritas sit hic, & nunc impossibilis; sed est veritas probabiliter cognita; ergo cum intellectus hic, & nunc evidenter possideat suum finem, nempe veritatem probabilem.

probabiliter cognitam, siue assentiat ob-
jecto probabiliori, siue minus probabili, se-
quitur, quod voluntatis imperium determi-
nans intellectum ad partem, quam malue-
rit, sit omnino prudens, quia sic certo obti-
net suum finem, et si non obtineat omnem
perfectionem finis, cum talis finis melius
possideatur per assensum præstium moti-
vo probabiliori. Sed contra (ait P. D. Thyrs.
n. 77.) quia finis intellectus non est veritas,
ut cognita, seu cognitio affirmans objectum
esse verum; nam cognitio falsa affirmare po-
test objectum esse verum, immò ideo est fal-
sa, quia affirmat objectum esse verum, quod
re ipsa est falsum; nec tamen cognitio falsa
est finis intellectus: ergo finis intellectus
non est veritas ut cognita, sed ut est in se, seu
absoluta conformitas cognitionis cum suo
objecto.

N. 324. P. Thyrs.
Sed contra 1. quia sicut P. D. Thyrs. n.
81. dicit, quod in sua sententiâ tuente se-
cundam tutiorem probabiliorē, formari pos-
sit dictamen certum, & evidens de licentiâ
operationis, hoc modo: *Cuique licet, quod
omnibus inspectis iudicat prudenter esse licitum:
sed ego hic, & nunc prudenter iudico talem con-
tractum esse omnibus licitum;* etenim opinio
hoc affirmans apparet mihi, re diligenter per-
pensâ, & citra omnem passionem, absolute
verosimilior: ergo hic, & nunc licet mihi ta-
lem contractum inire. Sicut, inquit P. D.
Thyrs. hæc conclusio videtur certa, quia
certum est neminem peccare in iudicando,
quod ille contractus liceat, qui post diligen-
tem veritatis indagacionem citra omnem
culpam apparet verosimilior licitus; nec non
etiam certum est neminem peccare ineundo
eum contractum post tale iudicium: ita dico
ego posse in nostrâ sententiâ formare iudi-
cium certum de licentiâ operationis. Ut enim
ejus minor est certa, ita mea minor est mihi
certa: vel econtra si negat, ut negat n. 71. &
72. hunc actum esse certum, sed mihi certo
probabile est hunc contractum non esse à Deo ve-
nitum, ita ego negabo ejus minorem esse cer-
tam. Contra 2. quia sicut ipse negat hanc
maiolem, *Cuique licet quod certo probabiliter
iudicatur licitum,* immò supponit non esse
prudens tale iudicium, si oppositum sit lon-
gè probabilius: ita ego negabo, & mecum
omnes Tutoristæ obligantes ad tutius mi-
nus probabile; nec non omnes obligantes ad
solam evidentem, ita ut probabilior satis non
sit; negabo, inquam, esse certam hanc maio-
rem: *Cuique licet, quod omnibus inspectis iudi-
catur prudenter licitum:* si enim iudicetur evi-
denter, dicent esse veram; si autem proba-
bilior, aut certo moraliter tantum, dicent

Tom. II.

esse falsam, & multò magis dicent non esse
certam: similiter si id quod iudicatur pru-
denter licitum, sit tutius, dicit Tutorista
eam maiolem esse veram; si non sit tutius,
negabit esse veram, & multò magis esse cer-
tam: ergo falsum profus est, quod ait P. D.
Thyrs. n. 82. quod unicè in sua sententiâ de-
fendi possit necessitas iudicij practici mora-
liter certi. Dico enim, quod si in sua, etiam
in alienâ: & si non in alienâ, nec in sua; im-
mò minus in sua, quia longè difficilius est
asserere aliquam opinionem esse certo pro-
babiliorē, quam asserere esse certo proba-
bilem: ergo si negat esse certam hanc mino-
rem, *Sed hæc opinio apparet mihi certo probabilior,*
multò magis negandum est hanc ejus mino-
rem esse certam, *Sed hæc opinio apparet mihi
certo probabilior.* Quare tandem concludit ne-
cessarium non esse, ut ultimum pro omni ho-
nestâ operatione iudicium sit certum de li-
centiâ, aut honestate operationis.

In formâ dico, tum quod nostra sententiâ N.
sit nobis certa ob nostras rationes; tum etiam
non esset certa, certum tamen nobis est, 325.
quod opinans, & operans juxta minus pro-
babilem, operetur, & opinetur prudenter;
nisi enim certo probetur, quod detur lex
obligans, ne sequamur minus probabilem,
numquam probabitur, quod sit impruden-
tia eam sequi; immò eo ipso nobis est cer-
tum, quod licitè, adeoque prudenter opi-
netur, & operetur, qui sequitur probabi-
lem. Quare aliud est, quod ipsa opinio mi-
nus probabilis non sit certa certitudine spe-
culativâ; & hoc concedo; sicut ipsa opinio
probabilior non est certa speculativè: aliud
est quod non sit certum, quod sequens mi-
nus probabilem in se speculativè incertam
operetur prudenter; & hoc nego; quo mo-
do juxta P. D. Thyrs. certum est, quod qui
sequitur opinionem probabiliorē in se spe-
culativè incertam, operetur prudenter. Ad-
do 1. quod, ut infra dicam, omnis opinio, et si
minus probabilis, est in se certa, non quidem
certitudine excludente falsitatem in re, sed
excludente peccatum. Ad do 2. ex Aristot.
& S. Aug. probari, quod si errorem, quia
est malum intellectus, fugere semper tene-
mur, nulli, et si moraliter certæ, quia potest
esse in se falsa, assentiri poterimus. Ut ergo
per P. D. Thyrs. prudenter quis assentitur
probabiliori, aut moraliter certæ, quia et si
possit esse in re falsa, ea falsitas ad summum
est materialis; ita in casu nostro. Ad reliqua
patet ex toties dictis.

Ad replicam dico 1. probari, quod non N.
nisi evidenti assentiri poterimus. Dico 2. 326.
quod et si finis intellectus, ut vult P. D.

Ddd iij Thyrs.

P.Thyr. Thyrsi. fit veritas absoluta, seu conformitas sui actus cum suo objecto, attamen hæc ipsa non minus haberi potest per cognitionem probabilem, ac per probabiliorem. Immo declarare P. D. Thyrsi mihi debet, an qui imprudenter dicit verum, ex. gr. qui ex passione, aut ex levi iudicio credit Petrum esse malum, qui revera est malus, consequatur tunc ejus intellectus suum finem? Sanè dici non potest, quòd consequatur: ergo certum est, nec esse semper prudentem, qui verum dicit, nec esse semper imprudentem, qui falsum dicit: ergo prudentia non est metienda à veritate, nec imprudentia à falsitate: ergo etsi iudicium minus probabile fit minus verum, potest esse prudens; immò, licet fit falsum, potest esse prudens; non minus ac iudicium in se falsum nixum motivo probabiliore, est per Contrarios prudens: quare finis intellectus est veritas; & finis intellectus prudenter operantis, est veritas prudens: ergo cum iudicium minus probabile nitatur motivo prudenti, est veritas prudens.

N. Infitas ex eodem n. 80. Licet iudicium probabile fit certò prudens, non tamen est certò probabile iudicium, quo quis amplectitur ut veram opinionem minus tutam, stante tutiore probabiliore, sed est imprudens. Sed contra 1. quia destruit quæstionem; si enim pars opposita parti probabiliore non manet probabilis, frustra quæritur, an liceat sequi minus probabilem. Contra 2. quia non debet supponi, sed probari, quòd minor probabilitas, stante maiori, non fit probabilitas; aliàs dicam omne maius tollere minus oppositum, & nulla dari comparativa, adeoque matrimonium non esse bonum, quia virginitas est melior; & sic de alijs tum physicis, tum moralibus.

N. Objicies 6. ex P. D. Thyrsi *dis. 7. n. 89.*
 P.Thyr. Imperium voluntatis in intellectum, ut assentiat opinioni minus tutæ, etsi probabilis, ut fit prudens, debet habere maius fundamentum pro veritate benignæ, quàm rigidæ: ergo non est prudentia præferre benignam rigidæ, nisi adsit maius fundamentum pro veritate benignæ, quàm rigidæ. Confirmat n. 90. Intellectus ante imperium voluntatis, quoties motiva sunt æqualia, manet suspensus, & dubius: ergo sicut dum intellectus est sub hoc dubio, imprudenter ageret voluntas, si practicaret minus tutam, imperando potentijs exterioribus, ut talem actionem elicerent; ita à pari voluntas imprudenter extrahit ab illo dubio intellectum, imperando, ut assentiat minus tutæ. Confirmat 2. n. 91. Ut homo licitè operetur, debet habere firmum iudicium, quòd sibi li-

ceat operari, nam ad securitatem conscientie illud iudicium requiritur, ut quis iudicet sibi esse licitum opus, & ut contentiones partis oppositæ tamquam notabiliter minus verisimiles: sed implicat, ut habeatur tale firmum iudicium, quoties pars opposita est æquè probabilis: ergo. Confirmat 3. n. 92. quia juxta P. Teril. motum opinionis debet esse grave tum absolute, tum relativè ad omnia contraria motiva, & tale ut homo irreprehensibiliter ex magnitudine motivi iudicet contractum ex. gr. esse certò probabiliter honestum: sed quoties motiva sunt æqualia, non datur tale motivum, ob cuius magnitudinem iudicet contractum esse certò probabiliter honestum: ergo quoties dantur motiva æqualia, non datur motivum, ob quod homo irreprehensibiliter iudicet contractum esse certò probabiliter honestum. Nec quidquam suadet (ait P. D. Thyrsi n. 93.) ratio à priori P. Terilli, & Spaulii, quòd ubi datur naturalis inclinatio alicujus potentie ad aliquem terminum, debeat terminus esse possibilis, nam inclinatio naturalis non est frustra, nec ad impossibile: sed instantibus motivis æquè probabilibus, intellectus ab illis inclinatur ad assensum; ergo eorum assensus est possibilis. Nil, inquit, hæc ratio suadet, quia rectè quidem ex naturali inclinatione ad aliquem terminum infertur possibilitas termini, at non infertur possibilitas termini in sensu composito alicujus impedimenti: ita pondus inclinat ad descensum, non tamen stante pondere æquali; nec intellectus ut affectus motivo A inclinatur naturaliter ad assensum, ut componendū cum motivo B æquè trahente ad assensum, sed solum ad assensum secundum hunc ea motiva sunt mutuo impedimenta, & neutrum, stante altero, potest suadere assensum.

Respondeo solvendum à P. D. Thyrsi. Nam etiam contingens est, ut quis amplectatur aliquid illicitum in re, dum sequitur opinionem probabiliorem faventem libertati: si ergo imperium voluntatis, dum intellectus assentitur ob motivum probabilis, est compossibile fit cum tali contingentia, non definit esse prudens; ita, per nos, imperium voluntatis non definit esse prudens, etsi contingere possit, ut dum intellectus assentitur ex motivo æquè probabili opinioni minus tutæ, in re falsæ, amplectatur aliquid revere materialiter illicitum.

Ad 1. confirm. dico requiri iudicium prudens, ut quis prudenter operetur: ergo non est mirum, quòd imprudenter operetur homo, qui sine prævio iudicio prudenti im-

peraret potentijs externis, ut in actum pro-
darent.

N. Ad 2. dicam infrà, & modò retorqueo,
331. tum in eo, qui sequitur probabiliorum mi-
nus tutam; quæro enim, quomodo iudicium
fit firmum instantibus motivis etiam minus pro-
babilibus pro opposito? tum in eo, qui se-
quitur tutiorem, quando motiva utriusque
opinionis sunt æqualia. Nam, ut dicebat P.
D. Thyrsus n. 87. dubius de lege ob funda-
P. Thyrs. menta æqualia non laborat ignorantia invin-
cibili, & habet motivum grave, ut iudicet
dari legem: si ergo prudens dubium de existen-
tia legis æquivaleret iudicio opinativo in ordine ad
reddendam illicitam actionem transgressivam
legis, id est, iudicio prudenti de non licen-
tia actionis, & illud iudicium est firmum;
immo illud dubium est prudens, & satis, ut
sequar tutiorem, quomodo deinde negat,
quod iudicium nixum motivo æquali, ac est
oppositum, sit firmum, & prudens? Hinc
patet etiam ad 3.

N. Ad replicam rogo, ut combinetur hæc
332. doctrina, quod motiva æqualia sint invicem
P. Thyrs. impedimenta, cum doctrina citatâ ex n. 87.
quod quoties motiva pro lege, & pro non
lege sunt æqualia, adfit fundamentum gra-
ve ad iudicandum dari legem, & sic teneri
me ad tutiorem ex æque probabilibus; si

enim motiva æque gravia sunt invicem im-
pedimenta, neutrum movet; si neutrum
movet; ergo non adfit fundamentum grave
ad iudicandum dari legem; vel si adfit, eo
ipso movet; ergo si movet, non sunt ad in-
vicem impedimenta. Ad 1. quod dicere,
quod non sit possibilis assensus uni parti,
quoties pars opposita est æque movens, est
petere principium; nos enim ex inclinatio-
ne arguimus possibilitatem: sed utrumque
motivum inclinat: ergo est possibilis simul-
tas potentiæ, non potentia similitatis assen-
sus, & dissensus. Ad 2. quod non tantum
est possibilis assensus certus, & evidens, sed
etiam assensus probabilis; si autem motivum
minus probabile non est probabile ei, qui
amplectitur probabiliorum, nec stante mo-
tivo probabiliori, nec stante motivo æque
probabili, sequitur, quod assensus probabi-
lis sit tantum possibilis, quando non adfit
motivum probabile æquale, & quando non
adfit motivum minus probabile, seu quan-
do nullum partis oppositæ motivum movet:
sed talis assensus elicitus, nullo in oppositum
movenente, non potest dici probabilis, sed mor-
aliter certus: ergo nullus assensus verè pro-
babilis, ut contradistinctus à moraliter cer-
to, erit possibilis.

FINIS, LAUS DE O.



INDEX

